Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



77

israel de medio eorum Et
in manu potenti
et brachio excelso Qui divisit mare
rubrum in divisiones Et eduxit israel
per medium eius Et excussit pharaonem
et virtutem eius in mari rubro Qui tra
duxit populum suum per desertum Qui percussit
reges magnos Et occidit reges
fortes Sehon regem amorreorum Et
Et og regem basan Et dedit terram
eorum hereditatem israel suo suo Quia
in humilitate nostra memor fuit nostri Et
redemit nos de inimicis nostris Qui
dat escam omni carni Confitemini deo
coeli Confitemini domino dominorum quoniam
in eternum misericordia eius Dominum in eternum misericordia eius

Super flumina babilonis illic sedimus et flevimus cum
recordaremur sion In salicibus
in medio eius suspendimus organa
nostra Quia illic interrogaverunt nos
qui captivos duxerunt nos verba cantionum
Et qui abduxerunt nos hymnum cantate
nobis de canticis sion Quomodo can
tabimus canticum domini in terra aliena Si
oblitus fuero tui hierusalem obliviscatur
dextera mea Adhereat lingua mea
faucibus meis si non meminero tui
Si non proposuero hierusalem in principio
letitie mee Memor esto domine filiorum
edom in die hierusalem Qui dicunt exinani
nite exinanite usque ad fundamentum in ea
Filia babilonis misera beatus qui retribuet

A Et omnia regna canaan Et + hereditatem israel suo suo